

DESCRIPTIONES ORATORIÆ

Ex probatissimis Auctoribus
excerptæ,

Et suas in classes optimo
ordine distributæ

Omniū artium, & facultatum studiosis
opportunissimæ.

QVAS

Publicæ utilitati exponit.

IO: BAPTISTA GANDVTIVS
E Societate Iesu.

CVM INDICE


Descriptionum omnium locupletissimo.

Ex de la libreria de la Comp. de H. de Salazar.



Mediolani, Typis Iosephi Marelli
M. DC. LXX.

Superiorum consensu.



BENEVOLO LECTORI.

Mundum hic uniuersum tuis
subiectum oculis vides. hic
mundi conditorem Deum, hic calum,
& caelestia contemplari per otium li-
cet. Tum quæ in elementis singilla-
tim admiranda suspicimus: in Aere
pluuias, ventos, fulmina, Cometas,
Avium species, & Insecta volucra.
In Aquis exundationes, & tempesta-
tes, Pisces, & piscium portenta, fon-
tes, & fluuios. Insulas Naues, &
commissa nauibus prælia. In Terra
terrarum tractus omnes, Vrbes, Do-
mos, Tempia, Villas, Hortos, & Flo-
res, Montes, & in mōtibus Gemmas,
lapides, & metalla, Animantes fe-
ras, cicures, & insectas.

At quæ in minori mundo spectan-
tur eo ordine recensentur, ut Homo
primum, & humani corporis partes,
habitus, & forma exhibeantur:
Eiusdem vestitus, & ornatus, ali-
menta,

DEVS.

*Quamuis Dei descriptio ab Ethnicis scripto-
ribus petenda non sit, aliqua tamen
appositè Seneca.*



Vid est Deus? mens vniuersi:
quod vides totum, & quod
non vides totum. Sic demum
magnitudo sua illi redditur,
quia nihil maius excogitari po-
test. Si solus est omnia, opus
suum, & extra, & intra tenet. Nostri melior
pars animus est, in illo nulla pars extra animū:
totus ratio est *Seneca in pref. nat. quest.*

Custos rectorq; vniuersi, animus, ac spiritus,
mundani huius operis dominus, & artifex, cui
nomen omne conuenit. Hic est ex quo suspensa
sunt omnia, causa causarum, cuius consilio huic
mundo prouideatur, vt inconcussus eat, & actus
suos explicet; ex quo nata sunt omnia, cuius
spiritu viuimus. *Idem lib. 1. nat. quest. cap. 45.*

*Quæ Apuleius Isidi tribuit, ad Dei descrip-
tionem faciunt.*

TV quidem sancte, & humani generis sospira-
tor perpetue, semper fouendis mortalibus
mirifice, dulcem Patris affectionem miserorum
sacris tribuis; nec dies, nec quies ulla, ac ne